



Slad

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

GRATVLATIO
VIRO
CLARISSIMO ATQVE PRAECELLENTISSIMO
GE. NICOLAO KRIEGK.

philosophiae ac bonarum artium magistro,
illustri phrontisterii, quod Ilfeldae est, re-
ctori fidelissimo, celeberrimo, doctore et prae-
ceptori omni honoris et obseruantiae
cultu prosequendo

sub anniuersario et felici recurſu
onomasteriorum

ipſo S. Nicolai die

anni MDCCCXII

felicioſis ominis ergo

ſcripta

a

domesticis,

NORTHVSAE

Typis Ioannis Chriſtophori Coeleri Typogr.

GRATIA
NRO
CALISSIMO NIGRERACERATISSIMO
GE NICOLAO KRINGE
philosophiae ac poeseos artis magistro
hujus universitatis, quod illi de
et on fidelissimo, et docto, et
ceptori omni honore et obsequio
curam habendo

lib. m. d. c. lxxviii
anno
die
m. d. c. lxxviii
m. d. c. lxxviii
m. d. c. lxxviii

domestica

NORTH

...



QUEMADMODVM boni, ingenui et cordati hominis semper est habitum, illum, quem de se praecclare meritum, et a quo multa in se ornamenta profecta esse cernit, officiosissime amantissimeque colere et obsequare, eique fausta et laetabilia quaeque ex animo adprecari: ita iure meritoque omnes, qui hoc in illustri Musarum delubro optimis litterarum studiis operantur, et tuo ductu ad maiorem ingenii cultum capefendum praeformantur, adlaborant, vt istiusmodi notae homines cognoscantur, rectissimeque faciunt, si quando de vita, salute, prosperitateque TVA effuse laetantur. Atque cum primis nos, qui hospitio tuo continemur, ob incorruptam sanitatem et prosperitatem TVAM, voluptate perfundimur prorsus incredibili. Non solum iucundus et illustris ille dies, cui in factis TVVM impositum nomen est, sed et ipsa pietas et obsequantia in TE nostra perquam idoneam gaudendi nobis in praesenti subministrat occasionem, facitque, vt anniuersaria illa sollempnitate memoriam nominis TVI testatiorem faciamus, et incondita haec epistola nostram declaremus paulo apertius voluptatem. Iustiores, quae nos circumstant, causae id praestandi in promptu sunt, nec atinebit, verbosius illas interferere. Singularis scilicet TVA humanitas, amor, et beneuolentia, qua nos numquam non complexus es, et adhuc complecteris. Accedunt ad haec alia beneficia, et ornamenta, quae in nos confers, quippe cum nihil TIBI prius, nihil antiquius sit, quam qua ratione saluti et incolumitati nostrae rectius consulere possis, atque condocesacere nos, quae studiorum ratio sit suscipienda nobis ac ingredienda. Par est itaque, vt immortalis DEO, qui fons perennis et infinitus omnis bonitatis est, mirificae a nobis gratiae persoluantur, quod per circumactum anni spatium TVAM vitam suo praesidio custodiaque integram ac incorruptam texerit, quodque incommoda, molestias, quae tibi imminere visae fuerunt, et a malignis hominibus creatae, ita propultauerit, vt eorum insultus ne quid, quam TIBI potuerint nocere. Recte agimus has gratias, et iustioribus de causis; TVAE enim vitae, TVAE sanitatis, TVAE felicitatis pars ad nos omnino pertinet, et si haec perennis est, plurimae, eaeque vberimae ad nos exinde deriuantur utilitates. Non satis digne poterunt laudari praecclarissimae TVAE dotes et virtutes, quibus excellis; quas potius nos taciti veneramur, quam magnis laudibus, quarum TV non ita adpetens es, efferimus. Candore, integritate sinceritateque TVVM pectus est imbutum. Doctrina TVA singularis celebratur ab omnibus, qui TE norunt; et insignia illius documenta admirantur. Non attinet numquam non satis laudandam informandae educandaeque iuuentutis rationem extollere pluribus, cuius nos non solum testes sumus, sed etiam omnes, qui recte sentiunt, et apud quos bonis litteris suis honos constat. Non profecto haec eo dicimus, quo nostris sermonibus et praedicatione quidquam ad TVAM famam putemus accedere posse, sed vt, quanti TE faciamus, quamque veneremur, intelligas. Non plura addimus, sed satis esse dicimus, nos adhuc satis expertos esse, et in dies magis atque magis experiri, quantum in TVA cura sollerti, et infatigabili industria situm sit. Hanc ob rem

nos

nos cum omnibus, quibus thesauros insignis TVAE doctrinae et prudentiae
 expromis, de mira nostra felicitate nobis gratulamur, propterea; quod TVIS
 auspiciis evidentiores in studiis progressus facere possumus. Dignum praeco-
 nium tribuimus vivendi monitis saluberrimis, quibus nos nullo non tempore
 inficis, et prorsus nihil aberit, quin nos, si ad haec vitam tamquam normam
 directuri sumus, felicissimi esse, et expectationi parentum et cognatorum
 cumulate satisfacere queamus. Haec cuncta recogitantes paulo accuratius
 commoda, quae ex TE ad nos redundant, temperare nobis non possumus,
 quin, quae partes nostrae per se deposcunt, adimpleamus, et pro constantia
 perpetuitateque incolumitatis felicitatisque TVAE vota nuncupemus ardentissima.
 Quamobrem facimus id, et ad praepotentis DEI nomen supplices fundimus
 preces, ut inconcussa semper corporis sanitate TE frui sinat, et quaevis
 laetabilia, quae exoptari possunt, TIBI impertiatur. Propulset summum in
 caelis numen a caro TVO capite quaevis pericula et incommoda, et concedat,
 ut illibatus animi et corporis viribus arduam, quam nactus es, provinciam
 rite, ut adhuc consuesti, administrare, et malignorum impetibus par esse possis. Det
 pateterea clementissime, ut per magnam annorum seriem recurrat fausto omine
 iste dies, quo memoriam nominis TVI, quam per se nulla umquam ex nobis
 deletura obliuio est, festiue concelebrare nobis integrum sit. Nullum re-
 linquitur nobis dubium, DEVM, cuius infinita clementia est, his nostris pre-
 cibus, quae ex animo conceptae et fusae, fatigatum iri. Alia et maiora prae-
 stare nequimus, plenique spei sumus, si haec, quae precati sumus, impetra-
 uerimus, et TE et nos futuros esse felicissimos. Interea permitte sereniore
 fronte, quando, quae obseruantia nostra iussit, explenda his litteris esse du-
 ximus, quae, si praetermississemus, ingrati, immemoresque tantorum bene-
 ficiorum iure merito cognosceremur. Ausi sumus TIBI tamquam indi-
 cem et testem animi nostri TIBI deditissimi offerre leuidense quoddam munu-
 sculum, et certa nos alit spes, TE minime id recusaturum esse. Quod reliquum
 est, eidem beneuolentiae, cuius nobis adhuc luculentissima dedisti argumenta
 in futurum nos tradimus, et tanto, quanto possumus, studio a TE contendi-
 mus, ut in optimis litterarum studiis, in quibus multi atque celebrati nomi-
 nis es, fidelissime, ut laudabilis TVVS mos est, nos in posterum instituas et
 erudias. VALE, DEVS TE SOSPITET.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
rest. nicht vergeben!



56.

1077

R.40



144

GRATVLATIO
VIRO

CLARISSIMO ATQVE PRAECELLENTISSIMO

GE. NICOLAO KRIEGK,

philosophiae ac bonarum artium magistro,
illustris phrontisterii, quod Ilfeldae est, re-
ctori fidelissimo, celeberrimo, doctore et prae-
ceptorum omni honoris et obseruantiae
cultu prosequendo

sub anniuersario et felici recurſu
onomasteriorum

ipſo S. Nicolai die

anni MDCCCXII

felicitioris omnis ergo


ſcripta

a

domesticis,

NORTHVSAE

Typis Ioannis Chriſtophori Coeleri Typogr.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

